

**1900** frons sarcophagi. *Galleria di S(ua) A(ltezza) R(eale)* [i. e. Florentiae in museo Mediceo] *dall' eredità Bassetti* BONARR. Florentiae in museo Mediceo GORI. Ibi extat (*sala delle iscr.* cl. XII). — Ad argumenta originis Ostiensis infra exposita accedit quod ex eadem hereditate Bassettiana magno duci Etruriae obvenit alter titulus sine dubio Ostiensis supra n. 377. Litteratura quoque tituli similis est litteraturae inscriptionum Ostiensium.

· M · CVRTIVS  
VICTORINVS ·  
ET · PLOTIA  
MARCELLA  
5 VIVENTES · FECERVNT  
SI DEVS PERMISERIT  
SIBI!!!!

Descriptus vel recognovimus Henzen, de Rossi, Bormann, ego. Exhibent Bonarroti cod. Marucell. A 43 f. 105; Gori inscr. Etr. I p. 20 n. 37 (inde Mur. 1855, 9; Le Blant *Inscr. chrét. de la Gaule* I p. 173 not. 4).

7 quattuor litterae erasae sunt; harum tertiam Rossius cum B esse deprehendisset, fuisse ibi vocabulum SIBI coniecit, errore scilicet a quadrataro bis positum.

Inter Ostienses recepi primum quod M. Curtius Victorinus, fortasse is ipse cuius est hic sarcophagus, recensetur inter lenuncularios Ostienses anno 192 ut quinquennalis (supra n. 251, I, 25), deinde quod formula *si deus permiserit sibi* peculiaris est inscriptionum Christianarum Ostiensium.

**1901** Ostiae rep. anno 1825. Nunc Romae in museo christiano Lateranensi XXI, 12.

ELPIDIVS COEMA  
TE ENTADE META  
IRENE ANNVCLVS  
M VIII

Recognovi. Amati ms. 9750 f. 33 et in act. Arc. 26 (1825) p. 199 (inde sine dubio Cardinali *dipl.* n. 544); Melchiorri ms.

1—3 formula est Graeca scripta litteris Latinis.

**1908** Ostiae effossa a marchione Sacchetti una cum n. 435. 1776.

D M  
L · IVLIVS · EVRESIVS · FILE  
TVS · IVLIA · FELICITAS · ET · IV  
LIA · VICTORINA · EREDES  
5 PATRONO · b · M · POSVE  
RVNT · Q · u · ANNIS · LXXV  
HIC · DORMIT

Vettori, qui non vidit ipse, sed habuit ab alio quodam, in epistula data ad Gorium Romae d. 11 Febr. 1730 (cod. Marucell. A. 63).

3 R·M, 6 Q·ANNIS traditur.

Haec fortasse propter v. 4 rectius collocaretur in ethnicis; sed cf. supra ad n. 1876.

**1902** Ostiae effossa a. 1825. Nunc Romae in museo christiano Lateranensi XXI, 26.

{	ICA EVSEVIA FIDELISSIMA	EVANGELIA · INNOX ·
{	ANNIS XXIII MENSIB II ·	HIC · DORMIT · IN
{	VI IDVS AVG	PACE QVE VIX · AN · I ·
{	S · EXSVPERANTIA · FIDELISSIMA · RARI ·	M · XI · D · VI · DP · XIII KAL · IA n
5	· VIXIT · ANN · XX · MEN · III · DEP · III ID · SEPT ·	}

Descriptus de Rossi, recognovit Huelsen. Amati ms. 9754 f. 11'. 12 et in actis Arcadum vol. 26 (1825) p. 209; Melchiorri ms.

**1903** Ostiae effossum a. 1825 MELCHIORRI de fragmento minore. Nunc partes coniunctae extant Romae in museo christiano Lateranensi XXI, 27.

{	FELICITAS · POSVIT FILIAE
{	QVE DORMIT · IN PACE · MV
{	CIA · IRENE · QVE · VIXIT · ANN
{	PLVS · MINVS · XXX

Descriptus ipse, recognovit Huelsen. Partem minorem, scilicet eam quae intuenti est sinistra, exhibet Melchiorri ms.

**1904** Ostiae effossa anno 1825. Nunc Romae in museo christiano Lateranensi XXI, 24.

{	FELICITAS · HIC DORMIT IN PACE QVE VIXIT · ANN · XX ·
{	MEN · V · DIEBVS · XVII MACSIMVS FECIT CONPARI BENEMER
{	ENTI DECESSIT · XV · KAL · OCT · DEPOSITA
{	· XIII KAL · OCT

Descriptus de Rossi, recognovi ipse. Melchiorri ms. integram; partem maiorem Amati ms. 9750 f. 40'.

**1905** sarcophagus sculptura exornatus; inscriptio marginem occupat. Romae in suburbano Paccae VISC. Nunc in museo christiano Lateranensi.

FYRMI DVLCIS ANIMA SANCT

Descriptus de Rossi et ego. Sarcophagum cum inscriptione delineaverunt C. L. Visconti act. Arc. n. s. vol. 11 (1859) in tabula annexa ad p. 158, qui praeterea inscriptionem refert l. c. p. 168; Garrucci *storia dell' arte cristiana* vol. V tab. 307 n. 3.

Ante verba supra relata has litteras levi graphio scribi coeptas esse refert Rossius:

FYRMI DVL

Nunc ea pars marginis sarcophagi, ubi haec fuisse videntur, latet sub tectorio.

**1906** Ostiae effossa anno 1825. Nunc Romae in museo christiano Lateranensi XXI, 1.

FRONIMVS · VICTORINO · ET ·  
SEVERAE · AMICIS · DIGNISSIMIS

Recognovi. Amati ms. 9750 f. 40; Melchiorri ms.

**1907** Ostiae rep. Nunc Romae in museo christiano Lateranensi XXI, 21.

GEMELLINA · HI  
DORMIT ET LOCVS  
COELITVS

Descriptus de Rossi et ego. Amati ms. 9752 f. 17'.

3 recte legere nobis non successit; vestigia litterarum nunc residua ducunt ad COELITIS; Rossio autem, qui lapidem antequam in musei Lateranensis pariete poneretur examinaverat, ductus qui sunt ante T magis pro M quam pro LI accipiendi esse videbantur.

**1909** superest ex sarcophago; titulum genii sustinent. Ostiae in episcopio OMNES. Ubi nunc extet, nescio.

{	IVLIAE ANTONIAE
{	PONTIVS MVSEVS
{	COIVGI SANTISSIME
{	QVAE FVIT IN SECVLO
5	ANN XXI · DEP · VI ID MAI
{	TERTVLLA · INNOX
{	QVE VIXIT ANNIS VIII
{	M VII · ET D VII HIC
{	DORMIT INPACE ✠

Descriptus de Rossi. Campana ms.; Perret *Catacombes de Rome* vol. V tab. 39 n. 130<sup>ter</sup> cf. vol. VI p. 164; C. L. Visconti ms.; P. H. Visconti act. Arc. 139 (1855) p. 356.

Vv. 4—5 bonis litteris, v. 6—9 pessimis scriptos esse refert Rossius.